

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre IIIItemMythologia, Francfort, 1581 - II, 08 : De Neptuno](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - II, 08 : De Neptuno

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[15-16\] : De Neptuno](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 08 : De Neptuno](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 09 : De Neptun](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 08 : De Neptun](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

libus, ista fabulosè cōfinxerunt. Hunc eundem Deum & solem esse aliquando putatum superius expressimus, & apud Aquitanos Hispaniæ populos Martis simulachrum radius ornatum eximia religione cultum fuisse memorizæ proditur. & ratio ipsa, naturaque videtur expetere ut corpora illa superna, quæ calorem rebus inferioribus inferunt, nominibus potius, quam re ipsa sint diuersa. Et Homer. lib. 6. Iliad. Martem vim igneam videtur putasse cum inquit:

Μαίνετο δ' ὡς ὄτ' Ἄρης ἰγχιπάλος, ἢ ὄλοον πῦρ.

Insurgit veluti Mars strenuus, ignea vel vit.

Bellonam aurigam Martis populatoris finxerunt, quia aet pestifer est mortis auriga, & arufex. Quidam memorizæ prodiderunt Martem bellonum Deum fuisse creditum, quod is prior armare inuenerit, & in aciem instruet, & omnes bellicos usus, cum impios delere niteretur. Quod Mars omnium Deorum fortissimus & velocissimus arte Vulcani fuerit rebus implicatus, & debilis & claudicantis & tardi Dei, quid aliud significat, quam sceleratos homines nullis viribus, nulla pedum celeritate fretos posse Dei vindicis omnium flagitiorum iram deuitare: quod etiam innuit Theognis his versibus,

ἔπειθ' ἔραδ' ὅς ἐβήλοσ ἔλιαν ταχὺ ἀσδρα δ' ἰώπων,
κυρνε, σὺ δὲ βίη θιῶν δ' ἰκη ἀδαιότων.

Vel celerem tardus comprehendit Cyrene secutus

Iniustum cursu, hinc numina cuncta fauent.

Et illa carmina:

ἐκ ἀρετῆς ἀεὶ καὶ ἰσχυρὰ κινῆται τοι ἔραδ' ὅς ὠκίω·
ὡς κελὶ νῶν ἠέφαισος ἰὸν ἔραδ' ὅς ἔλιαν Ἄρησ,
ἰσχύτατος ἐστὶν ἰσχυρὰ θιῶν οἱ ὄλομοπον ἰχθῆσι,
χάλος ἰὸν, τέχνησ τὸ κελὶ μοιχάγρη' ὄφρα μ.

*Si quoad agni virtute caret, celerem capiet te
Vel tardus, tardo Mars est comprehensus ut ipse
Vulcano, superum cum velocissimus esset:*

Artem etenim prodest cunctis animalibus ipsa.

Atque tot de Marte dicta sint, nunc dicendum de Neptuno.

De Neptuno. CAP. VIII.

Neptunus Saturni & Opis filius, ut dictum fuit, eandem sortem, patrisque crudelitatem expertus propè est, quam etiam Iupiter. Nam cum Rhea Neptunum peperisset, puerum

in ouli absconditum opilionibus educandum inter agnos tradidit, atque pullum equinum, quem se simulabat peperisse, Saturno, ut fabulantur, vorandum tradidit. Isacius Neptunum educatum fuisse scribit ab Arno nutrice, quam ita appellatam fuisse dicunt, quia quaerenti Saturno Neptunum se non habere responderit, ac negauerit: ex quo etiam ciuitas Bœotia ita vocata fuit, quæ antea Sinoufa dicebatur, ut scripsit Theseus libr. 3. rerum Corinthiacarum, cum alij ab agnorum multitudine maluerint dictam fuisse, inter quos fuit Crato. Alij contra putarunt Neptunum à Iunone educatum fuisse. Hic cum Iouis socius & auxiliator fuisset in bellis post Saturnum è regno depulsum, iactis fortibus de totius mundi imperio, mare & omnes insulas, quæ in mari existunt, tenere cum imperio sortitus est Neptunus cum cœlum Ioui, infernus locus, ut diximus, Plutoni obtigisset. uxorem habuit Amphitriten, quam cum deperiret, neque in amorem sui vlllo pacto posset allicere, Delphinum misit, qui eam sibi conciliaret, persuaderetque ut matrem Neptunum æquo animo ferret. Id cum Delphinus impetrasset, ad perpetuam tanti beneficii memoriam dicitur Delphini signum inter sidera relatum, ut ait Hyginus in fabulis stellarumisque Delphinus est non longè à Capricorno collocatus, ut scripsit Aratus in Astronomicis;

Δελφίδ' ἔμαλα ποδὸς ἐπιτρεῖχι αἰχμηρῆ
 μίος δὲν ἠεβεί· τὰ δ' ἐὶ πρὸ τῆς ἀρκητῆ
 γλήτῃ παρρηλάδ' ἴω δ' ὄνο παρ' ὄνο πνήνητα.

Quæ carmina ita sunt alicubi elegantissimè expressa:

*Tanta magni curuens Capricorni corpora propter
 Delphionis iacet haud nimio lustratu nitore:
 Præter quadruplices stellas in fronte locatas,
 Quas internullum binas discernat unum.*

Alij Veniliam fuisse Neptuni uxorem crediderunt. Scriptum reliquit Lucianus in Sacrificiis Neptunum nigros habuisse capillos, & oculos cæruleos, ut ait in primo Cicero de natura Deorum: quem nudum cum tridente & concha aliquando introducere poetæ: aut qui indutum putarunt, vestem habere cyaneam dixerunt, ut ait Phurnutus. Memor æ prodidit Pausanias in Arcadiciis Neptunum primum equitandi artem inuenisse, quod etiam Pamphi antiquissimi hymnographi testimonio comprobatur, qui Neptunum equorum, coluatarum-

que

Neptunus

que & turritatum navium largitorem vocavit. Ac Sophocles videtur apud Athenienses, ubi erecta postea fuit Academia, Neptunum primum iunxisse equos putasse, ut patet in his ex OEdipode in Colono:

δύρατ' ἔμ' ἄλλ' ἰδὲ δαίμονις ἴκ' ἄν
 αὐχμα μίγιστ,
 εἴ κ' ἴπ' ἔπει, δὴ πῶλον, θύβ' ἀλαστον.
 εἴ κ' ἴπ' ἔπει, εὐ γάρ τιν' οἶε
 τόδ' ἦσαι αὐχμα' ἀνοξ' προσ' ἰδ' ἄν
 ἴπ' π' ἴσι τὸν ἀκαστ' ἄρα χαλιόν
 πρῶταίσι ταῖς δ' ἴκ' τ' ἴσ' ἄγαυ' αἶε.
*Maxime maxime Damonum dicere,
 Gloriam maximam,
 Equum, pullos, mari bene imperitantem.
 O filii Saturni, tu enim ipsum in
 Hanc danti gloriam, Rex Neptune
 Equi moderans frano.*

Apollonij verò enarrator Sesonchosem Ægypti Regem qui post Orum Isis ac Osindis filium regnavit, quem nonnulli Sefostim vocarunt, primum inuenisse equum ascendere scribit, quod affirmavit & Dicerarchus in libro secundo rerum Ægyptiacarum: quod tamen quidam Oro acceptum ferunt. Neptunum idcirco sinxerūt poeta in curru vehi super equore, ut sensit Apollonius in lib. 4.

ὅτ' ἂν δὲ τοι ἄμφοτεῖται
 ἄρμα προσ' ἰδ' αἰοί: ἰὸ τροχῶν αὐτίαν λύση.
*quam mobilis Amphitrite
 Neptuni celerem currum apto tempore soluet.*

Orpheus in hymnis currum hunc à quatuor equis trahi solitam scribit, ut est in eo versu:

εὐνοθαλήε, χαριῶπι, τετράειρον ἄρμα δῖόν κ' αὖτ.
*Quadrivium impellens currum, sponso a quoque labens,
 Alij maluerunt eius currum trahi à vitulis marinis & cete
 quam ab equis: quippe cum eo tempore equum inuenisse di-
 catur, cum in Areopagum cum Minerva in contentionem
 descendit de nomine Athenis imponendo, cum ipse equum
 hominibus, Minerva oliuā munus attulit, ut scripsit Plutarchus
 in Themistocle. fabulantur Theseum Phædræ vxoris precibus
 commotum à Neptuno patre impetrauisse ut Hippolytum*

filiū necaret. quem Phædra falsò accusauit tentatæ pudicitie, quia nouerçæ libidini noluiſſet aſſentiri. Neptunus phocas Hippolyto iuxta litus maris uectò in curru immiſit, quibus tanta trepidatio equis iniecta eſt ut in fugam verſi illum è curru delapſum diſcerperint. quare Phædra poſtmodo pœnitentia ducta, ut plerique ſenſerunt, laqueo vitam finiuit. Ædificauit mœnia Troiana Neptunus, qui hac de cauſa Laomedonti Troianorum Regi ſeruiſſe dicitur: cum Iouem ligare Dii uoluerūt, id Iupiter cognouit è Thetide, ac in cæteros quidem Deos animaduertit; & Neptuno atque Apollini iuſſit ut Laomedonti ſeruirēt, dum Troiam ædificaret. Laomedon diuinis honoribus proſecutus eſt Apollinem, at Neptunus ubi diu ſeruiſſet, nullamque accepiffet mercedem, indignatus horrendum ac infeſtiſſimum cete immiſit, quod mare euomens vniuerſam regionem inundauit. illa de cauſa & filiam Heſtonen quam vnicè amabat, ac multo magis quàm vel Æthafam vel Aſtyochien vel Medicaſten, quas cæteras filias habebat, ceto exponere iuſſus eſt ab oraculo Laomedon, & multa alia incommoda inde ſunt conſecuta. At Herodotus non verum eſſe inquit quod Laomedonti Neptunus & Apollo ſeruiſſent, ſed datum eſſe locum fabulæ, quia pecuniam Neptuni & Apollinis ſacrificiis dicatam Laomedon ad extruenda mœnia ciuitatis conuerterit. atqui Virgilius Neptunum ſcribit ſuis manibus Troiam ædificari, ut eſt in libro nono;

an non viderunt mœnia quondam

Vulcani fabricata manu conſidere in igne?

Quamuis Ouidius in epiſtola Paridis mœnia Troiana Apolline lyram pulſante ædificata fuiſſe inquit his carminibus;

Iſten aſpicias, firmat aq̄, turribus altis

Mœnia Phœbea ſtruſta canore lyra.

Cum Amphitriten vxorem, ut diximus, haberet, infinitus propè filiorum eſt numerus, quos ex variis nymphis & pellicibus ſuſcepit. Phœnicem habuit enim è Libya & Belum & Agenorem è Caleno vna Danaidum Calenum: Nauplium ex Amynone; è Pitane, à qua vrbs Laconum dicta fuit, Euadne, & Aonem, à quo vocata eſt Aonia regio, & herum Phæacem, à quo Phæacia dicebatur, que nunc Corcyra vocatur, Phœnicem à quo Phœnicia, & Athon, à quo mons. nam plerique vr-
bibus nomina impoſuerunt eius filii. & Dorum, à quo Dorii,
& c.

& ex Oti filia Laide Althepum ; Ancæum ex Astypalæa & Perichlimenum & Erginum : ex Alcyone Atlantis Anthamum : & Anthan & Hypereten, à quibus oppida condita nominataque sunt apud Træzenios, Bærotum ex Arne, Hippothoum ex Alope Certionis: Alopum è Ceclufia: Orionem è Brylle: Tritones alterum cum Euripylo è Celæno, alterum ex Amphitrite: Palæmonem & Neleum è Tyrrho: Creatum & Eurytum è Molione: Minyam è Chryfogone Almi filia: Delphum è Melantho: Minyum è Callirhoe: Erycem è Venere: Ogygum ex Aliftra: Taphium ex Hippothoe: Cygnum alterum è Cayce, alterum è Scamandrodice: Minyas è Tritogenia filia Æoli: è Midea nymphea Aspledonem: Parnasum è Cleodora: Eutypylum & Euphemum è Mecionica: cui munus dedit vt super vndis tanquam super terra proficifceretur, vt ait Asclepiades. Neque verò hi folium filii eius commemorantur, fed Euphemus præterea, qui proreta fuit in Argonavi: Amycis, Albion, Aello, Anthæus, Amphimanius, Acthufia, Aon, Alebius, Dercylus, Neleus & Pelias, & Aſtræus qui per inſcitiam congreſſus cum Alcippa ſorore ſequenti die cognita affinitate ex anulo mærore captus ſe in fluuium præcipitauit, qui prius dictus eſt Aſtræus ab ipſo, mox Caicus à Caico Mercurii Ocythoesque filio, vt ſcripſit Leo Byzantius in lib. 3. de fluminibus, & Melane à qua Melas prius Nilus dictus eſt: Actonion, Borgion, Brontes, Buſiris, Certion, Crocon, Cromus, Chryſaor, Cèchteus, Chryſogenza, Chius, Dorus, Euphemus, Irceus, Lelex, Lamia vates & Sibylla, Halirhotius, Laſtrigone, Megareus, Meſapus, Ephialtes, Nycteus, Melion, Nauſithous, Oethus, Occipite, Polyphemus, Pyracmon, Phorcus, Pelafgus, Oncheſtus, Phrax, Pegaſus, Phocus, Peratus, Siculus Sicanus, Steropes, Tanus, Theſeus, Tarantus, Hyretus: vt alios infinitos propè prætermittam. nam plures quam octoginta me legiſſe memini: quos tamen omnes non putauit hic eſſe numerandos. quod ſi verum eſt id quod ſcribitur à Zere in hiftoria 51. Chil. 2. multo etiam plures fuerunt Neptuni filij. inquit enim:

*τὸς θυμικὲς γὰρ σύμπαντες, καὶ πάντας τὸν ἀλφειὸς,
 υἱὸς καὶ φίλος, καὶ ἱερατὸς φασὶ τῷ ποσειδῶνι.
 Elatos animo enim omnes, & omnes strenuos,
 Filios & amicos dicunt, & amatos à Neptuno.*

Hunc aliquando venisse in contentionem de artificio cum Mi-
nerua & Vulcano scripsit Lucianus in Hermotimno: quo tem-
pore Minerva domum excogitavit, hominem fecit Vulcanus,
Neptunus taurum, atque ea de causa crediderunt posterius Ne-
ptunum primum equos domuisse. Quod illi in orbis divi-
sione maris imperium contigit, iam dictum fuit superius. Scri-
ptum reliquit Herodotus in Polymnia Theffalos dicere solito-
rum Neptunum lacunam fecisse, per quam fluat Peneus: idque
iure putari censuit ab iis qui Neptunum terram concutere ex-
istimant: nam loca distantia interiecto maris spatio sunt opus
huius Dei terræmotus, quod etiam Neptunus fecisse dicitur.
Hæc est Herodoti sententia, qui iuxta opinionem antiquorum
vinæ aquarum causam esse terræmotuum credidit, at non ven-
tos sub terra inclusos, qui erumpere conentur, ut scripsit Aristo-
teles libro tertio meteororum, & Lucretius lib. 6. in his;

*Quod nisi prorumpit, tamen impetus ire animas,
Et fera sui venti per crebra foramina terra
Dispertitur, et horror, & incutit inde tremorem.*

Huius Dei duplex erat munus, & navigantium curam habere
scilicet, & equorum: ut in hymnis Homerus scriptum reliquit:

*αἰχμὰ τριπόδων θεῶν τιμῶν ἰθάδε κροτο,
ἵππων τε δμῶν τε ἰσχυρῶν, σὺν ἡρώεσσιν τε κροτο.*

Bina tibi superi Neptuno munera donant,

Flectere equos, regere & naves, qua marmora sulcant.

Quæ eadem scripta sunt & in hymno Orphei. ideo Hippū
sive Equestris Neptuni ædes fuit in Arcadia apud fluvium Mi-
laontem, ut ait Pausanias in Arcadicis, & Prosclystij sive inun-
dantis: qui est ita appellatus, quia quo tempore Inachus, & qui
cum eo erant in consilio, terram Argiuorum Iunonis esse de-
bere nuntiarunt, maxima pars agri fuerit inundata atq; sum-
meria. Deinde Iunone Neptunum precante ut mare deduce-
ret, per quem locum refluxit, in eo Argiui Prosclystij Neptuni
delubrum erexerunt, ut est apud Pausan. Corinthiacis. Ad hu-
ius rei memoriam fortasse factus fuit & dicatus Neptunus a-
pud Athenienses vndam proferens, ut est in Atticis. Multa sunt
denique cognomina, quæ propter varios euentus huic Deo
sunt attributa, ut Tenarius, Phitalmius, Heliconius, Temeni-
us, Onchestus, Speculator, Natalinus, Hippocurius, Crenesius,
Exouchus, Domatius, pater, Rex, Ægeus, Taraxippus. Plutar-
chus

Neptunus taurum
fecisse

Terræ motus
ex ventorum
impetu. sed
non aquarum
causam.

Neptunus proscly-
stij

chus commemoravit in vita Pompeij tria templa fuisse Neptuni opulentissima, vbi loca Deorum à piratis spoliata recense: quorum vnum in Isthmo, aliud in Tenaro, aliud fuit in Calabria. erat enim Calabria Neptuno consecrata, vt scriptum fuit à Philostephano in rebus Italicis, atque loca nonnulla recenset Apol. lib. 3. quibus præfesset Neptunus:

εἶπε δ' ἰ. Ἐμπερὶς προζέων ἰε ἀγῶνα
 ἄρμασσι ἑμπερὶς, ἢ ταίμαροι, ἢ ὄμα Λίριος
 ὕδρ, ἢ ἔστ' ἄλλοι: γ' ἀπὸ τῆς ὄχθησιν,
 καὶ τὴν καλαύριον μετὰ δ' ἡδ' ἄμα τήσιντα Ἰαπίε,
 πῖνξω δ' ἄμοιλω, ἢ δ' ἀδ' ἑρῆντα τειρασόν.

*Ad ludos properat qualis Neptunus in Isthmo,
 Quadrigus inuictus adit cum fluctina Lerne,
 Tenarium de solium, vel Hyantiarura, Gerastrum
 Syliosum, A Emouiam de petram, fumantia colla
 Cium premit alipedum, Calabria idem de xura renisit.*

Huic Deo taurum iuuolare consueverunt, vt ait Homerus in libro quinto Odyssæ:

ταύρου πημίλαιατ ε' νοσίχθονι κυανοχότῃ.
 Σπασσοι κριπες ταυρου μακτενυρ habenti.

Sic Virgilius libro quinto:

Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Quod genus victimæ illi mactari iussit oraculum. serunt enim aliquando euenisse Corcyræ, vt multis bobus per bellum Persarum relictis taurus è pastu rediens sæpius in pelagus muginis ediderit, ibique per totum diem constiterit: deinde cum ad mare bubulcus descendisset, magnum atq. infinitum propè thunnorum numerum conspexit, quod significauit Corcyræis. Illi tum capere thunnos conati operam luserunt: quare sciscitantibus oraculum postea responsum est Neptuno taurum mactari oportere: quæ re peracta incredibilem piscium numerum cepere, vt ait Pausan. in Phocicis. quamuis thunnus aliquando mactari Neptuno consuevit, vt scriptum est ab Antigonio Carystio in lib. de Dictione. Atque Neptuno pisces illi coeestes consecrati esse putabantur, vt scriptum est à Marco Manilio in libro secundo rerum astronomicarum, vbi signa ecclestia, quæ sint diis quibusque tributa, commemorat:

*Lanternum Pallas, Taurum Cythera a tinetur.
 Forxosai Phœbus geminos, Cylleus cancrum,*

*Taurum Neptuno
 Neptuno mactata.*

*Jupiter & cum matre Deum regit ipse leonem.
 Spicifera est Virgo Cereris, fabricatq; libra
 Vulcano pugnae Mavorsi scorpium haret.
 Venantem Diana virum sub partu equina,
 Atq; angusta sonet Capricorni sidera Vesta.
 Et Iouis aduersum Iunonis Aquarius astrum est.
 Agnoscitq; suos Neptunus in aquore pisces.*

Neptunum magna Deorum marinorum ac nympharum ma-
 nis comitabatur, quorum nonnullos ita numerauit Virg.

*Tum varia comitum facies, immania cete,
 Et senior Glauci chorus, Inonisque Palamon,
 Tritonesq; citi, Phorcisq; exercitus omnis:
 Lana tenet Thetis, & Melite, Panopisq; Virgo
 Nese, Spiosq; Thalsisq; Cymodoceq;.*

*Neptunus in la-
 zio matris
 Furias.*

Hunc in varias formas ob amores fuisse mutatum scripsit O-
 uidius lib. sexto maioris sui operis. atque haec ea sunt, aut cer-
 te non multo plura his, quae de Neptuno fabulose dicta sunt ab
 antiquis scriptoribus: nunc quid ea significant perquiramus.

¶ Iam primum omnium quid sit Neptunus ita explicat
 Cicero in primo libro de natura Deorum, de Chrysippi sen-
 tentia: quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum.
 Veruntamen non aer simpliciter per maria manans, sed
 ipsum aquae elementum Neptunus plerumque nominaba-
 tur: aut aliquando spiritus ille ac mens diuina, quae per ma-
 ria esset diffusa, totamque aquae naturam ac molem à cor-
 ruptione praeseruaret: quod quidem nihil aliud est, quam a-
 nima per elementa diffusa, sicut in animalibus est, & in plan-
 tis. Vbi enim illa recesserit, siue harmonia sit & quaedam
 symmetria, siue numerus seipsum mouens, siue diuina quae-
 dam & immortalis *ούσια*, corpus ad corruptionem statim
 properare necesse est. Quare etsi elementa nobis non vi-
 uere apparent, tamen diuina quadam virtute & potentia ser-
 uate ab interitu, ita sunt comissa, itaq; firmata, ut ab ea ser-
 uentur à corruptione. Hanc vim diuinam in aethere Iouem,
 in aere Iunonem, in aqua Neptunum, & in singulis horum
 partibus variis Deorum nominibus appellarunt antiqui.
 Quod Saturno ereptus clam fuit Neptunus, & quid Satu-
 nus sit, & quo pacto crudelitati Saturni erepta sint elemen-
 ta, dictum est satis ut arbitror, cum de Ioue & de Satur-

*enil p Neptu-
 non italis*

no loqueremur. At cur ab Arno fuit educatus? quia nullam fidem præstandam esse pelago experiuntur nauigantes. Nam quo tempore recens fuit Arnus nutricis Neptuni memoria apud antiquos, non fuit tanta nauigiorum multitudo mare sollicitantiũ & propè infestantiũ; nec, ut ait Lucretius lib. 3.

turbida ponti

*Æquora ladebant naues ad saxa, virisque,
Nec temerè incurſu fluctus mare ſape coortum
Sausbat, leuiterque minas ponebat inanes.
Nec poterat quenquam placida pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem videntiũ vndis.*

Quid enim verius de mari dici potest, quàm nullam illi esse constantiam? nam cum leuissimus ventorum flatus aliquando exiterit, tanta oritur tempeſtas, ut iratae vndæ in cœlum minaces inſurgere appareant, atque incredibilis earum fremitus vel è longinquis montibus exaudiatur. Huic Deo tantus niger mento immolabatur, quod trauri & furorem & mugitum imitaretur Neptunus. Huius vxor dicebatur esse Amphitrite, quæ nihil aliud est, quàm ipsa aqua, ut in Cyclope ait Euripides;

*ἔγω δ' εἶν' ὕδατος εἶμι, καὶ περὶ ὄντυφλός,
ἂν ἀμφιτρῖτες τῆς δὲ νεοβαίουσιν ποδῆ.
Ego vadum pertransseo cactus licet,
Per Amphitriten hanc meo incedens pede.*

Quam Amphitriten glaucam & piscosam nominauit Orpheus in Argonauticis, cum illa sint maris, at non alicuius Deæ propriè adiuncta,

*γλαυκῆ δ' ὑδατοῦσιν ἀπὸρίτων ἀμφιτρῖτις.
Glaucam piscosam, vniuersam simul Amphitritem.*

Hæc cum aqua sit, dicitur vxor Neptuni, cum is sit spiritus, ut dicebam, per vniuersam aquæ molem diffusus, & tanquam anima ipsius aquæ elementi: est enim Amphitrite corpus & materia humoris omnis, qui vel circa tectam est, vel intra terram ipsam includitur. Neque aliud significare voluerunt illi, qui delphinum Neptuno amatam Amphitriten conciliaſſe fabulantur, quàm omnium marinorum piscium maximè ingenio & cognitione, corporisque celeritate Delphinum præſtare; cum reliqua marina animalia amentia atque propè stupida sunt, quæ profundius habitant in mari

propter indigesti à sole humoris copiam; ita ut de nonnullis
merito dubitent an sint animalia dicenda. Fieri tamen potu-
it, ut homines hi fuerint ita vocati, ad quorum gratiam ista
fuerint ficta, ita ut possint etiam ad rerum naturalium mo-
rumve rationem accommodari. Neptuni forma, que fingitur
à poetis, quid aliud est quam maris vel natura vel color? quis
enim dubitat cyanæum colorem esse aquæ marinæ? Rur-
sus nudus Neptunus nihil aliud est, nisi dulcium aquatum
natura. Illæ enim aquæ sunt saluberrimæ, quæ nullum ha-
beant colorem, aut qualitatem apparentem. Tridentem verò
quem habet Neptunus pro sceptro, triplicem illius ostendit
potestatem, quod habet facultatem scilicet tollendi æquoris
& placandi & seruandi, quod alii fictum esse maluerunt, quia
dulcibus, falsis, mediocribus aquis, quales sunt lacustres, impe-
ret. Dicitur esse equum prior inuenisse, & equitandi peritiam,
quoniam quidam vocatus Neptunus vir Thessalus prior om-
nibus equitandi artem excogitauit: quamuis nō desunt qui
ad nauigationem id referant, quoniam videntur nauigia super
maris dorso quasi equitare. Dicitur esse Neptunus veli curia
super æquore comitantibus Tritonibus, ac marinis monstris
quia cum multo vndarum strepitu vndis quasi rotis carinæ
subiectis naues videntur deferri per tempestates. Hoc ita esse
probat Plutarchi testimonio, qui scripsit in vita Themistoclis
ea de causa locum datum esse fabulæ de contentione Palla-
dis ac Neptuni de nomine Athenis imponendo, quod Neptu-
nus equum, Pallas oliuam attulisset, & pro munerum præstia
indicati sunt, quia *ἡκῖνοι μὲν (ὡς λέγεται) πρῶτον ματινοὺς καὶ ἰσθ-
μολίτας ἀποπράσαι τῆς θαλάσσης, καὶ σιωνίους ἔτι μὴ πλε-
εσσαι, ἀλλὰ τὴν χώραν φυτεύοντας τὴν περὶ τῆς Ἀσπίας εἰδέ-
σαι λόγον, ὡς ἰρίσαστος περὶ τῆς χώρας τῆς παρὰ ὠκεῖον, διέταξεν
τὴν μωρίαν τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ἵνα ποσειδῶνι.* *Illi sane (ut ferunt) non*
studerent ciues à mari retrahere, ut assuescerent viuere
vel non nauigantes, sed regionem arboribus ornantes, ser-
monem illum vulgauerunt, quod Neptuno de regione contem-
dente, Pallas oliuam indicibus obtulerit, ac vicerit.
Qua in contentione si Neptunus equum obtulisset, ac nisi pro
nauigio intelligeretur equus, quo pacto viderentur ciues à na-
uigatione reuocari? Dicitur esse Neptunus & Apollo Laome-
dōti Troianorū Regi seruiuisse, quoniam is pecuniā horū Deorū

laci-

Nidugi

Tridentis

Sacrificiis dicatam in suam vilitatem & ad extruenda moenia civitatis convertit, quam tamen sacerdotibus non restituit, ut promiserat. At calamitates, quas pro neglecto Neptuno passus est, quid aliud significant quam Dei cultum sine calamitate non negligi? Ingens filiorum Neptuni numerus praeterea quid nisi maris fertilitas est? Nam nisi tantam filiorum copiam, quam totis illis marinis gentibus natura dedisset, facile futurum erat ut mare piscibus orbatum haberemus: quippe cum vix tanta sit feracitas aquarum, quanta est voracitas piscium. Haec ipsa causa fuit cur crudeles Neptuni filii dicebantur omnes.

Nunc quid sub his lateat ad humanae vitae institutionem spectans, explicemus. Ac primum cum virtutum omnium princeps & Regina sit, ut ita dicam, liberalitas & munificetia, quae non nisi ad Deum vel ad Reges pertinet, omnium vitiorum gravissimum merito iudicabitur acceptorum oblivio, quae non nisi in sordidos animos cadere potest. Ea de causa fixerunt antiqui quod Neptunus gratias retulit Delphino pro accepto beneficio: atque ut aeterna huius facinoris memoria, & ad beneficentiam adhortatio ad posteros maneret, numerus & ordo quidam stellarum Delphini nomine in eius honorem fuit appellatus. Quod autem ob neglectos Deos Laomedon poenas persolverit, multasque calamitates subierit, id etiam ad religionem Deorum immortalium homines impellit: quoniam qui pie sancteque per probitatem & integritatem vitae Deum coluerit, quique illa quae instituta sunt a sapientibus, Deo persolverit, ille solus Deum placatum in omne tempus habebit, multa incommoda deuitabit, & se in omni molestia rectorum consiliorum conscientia consolabitur. Qui vero beneficiorum omnium autorem, omniumque patrem Deum neglexerit, quo pacto vir iustus, & bonus & temperans esse poterit? aut si nihil horum poterit, quo pacto non in multas calamitates illibetur? Nos igitur ad religionem, & ad memoriam acceptorum beneficiorum sempiternam per hanc Laomedontis fabulam sapientes antiqui adhortabantur: fortunaeque inconstantiam ante oculos proponebant, cum vel Dii inhumaniter agentes adversus Iovem de caelo expulsi coacti sint homini servire. Imprudens est omnino Theseus, qui filio Hippolyto mortem a Neptuno precatus fuit, quem falso noverca Phaedra apud Theseum accusaverat, quod eam de stupro

interpellasset, at id tamen Theseo concessit Neptunus. Quid hoc est nequitiae Dij boni carissimis illa concedere, quae in omne tempus perniciofa futura sunt? nam phocas Neptunus in equos Hippolyti iuxta mare equitantis immisit, quibus in fugam vertis ille discerptus fuit. Cui tamen Hippolyto Diomedes lucum eximia pulchritudine postea dicauit cum delubro, & antiqui operis simulacro, ac rem diuinam primus omnium fecit, vt ait Pausanias in Corinthiacis: & apud Træzenios virgines sibi succisum capillum ante nuptias in eiusdem templo consecrabant. voluerunt igitur antiqui per has ambages verborum nos adhortari vt æquo animo essemus si quando ad nostra vota Dij surdi viderentur, quoniam perniciofa saepius expetitur ab ignaris hominibus, & quae maximo detrimento impetrantibus in posterum sint futura. Sapienter ideo dictum est ab illo poeta:

*Nil ergo optabunt homines si consilium vis,
Permites ipsis expendere numinibus quid
Conueniat nobis, rebusq; sit scilicet nostris.*

Quod autem hæc huius rei causa tantum ficta sint, vel ex eo patet, quod omnium mortalium imprudentissimum & crudelissimum finxerunt Neptunum. Quis enim vir bonus esse poterit, qui causam ignotam iudicarit: aut qui pro vel carissimorum precibus viros bonos & iustos & temperantes trucidarit, vel condemnarit, quo pacto non sceleratus & nefarius esse poterit? Non fuit igitur Deus sapiens Neptunus, sed neque bonus quidem, aut iustus, si tam iniqua filio Theseo concessit: quae de Deo dicenda omnino non sunt. cum hæc solum institutionis ergo sint inuenta. Non defuerunt qui putarint imperium maris idcirco attributum fuisse Neptuno, quia prior ille classem instruxerit, cui Saturnus commisit rerum maritimarum imperium, vnde datus est locus fabulae. At de Neptuno satis, nunc dicamus de Plutone.

De Plutone. CAP. IX.

PLUTO quem inferorum Deum putarunt antiqui, natus est ex Opi & Saturno, vt dictum est, isque vnà cum Ioue militauit, & post varias victorias, rerumque gestarum felices successus cum Ioue & Neptuno iactis sortibus terrarum mundi que totius (vt aiunt) imperium diuisit: cui Hispaniarum, & locorum

*Neptunus uicem
crucis illi murt
et in p[er] d[omi]ni
m[er]it*